



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm**

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

Cap. XIX. De temptationibus quæ boni specie & prætextu oriuntur & magnum esse remedium contra omnes tentationes, illas huiusmodi cognosci & haberi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40093**

edit, grauior sit ægritudo, & mortem adfert, vel difficulter sanatur. Quod malum vitare potuisset, si quid laboris & operæ posuisset, vt inordinatum illum appetitum cogeret initio, & gulositym noxiū illud edendi refrænaret. Eodem modo si homini cogitatio vel cupiditas videndi quid irrepat, & se hic initio vinctivisum compescendo, & cogitationem statim propulsando, se molesta & laborentarionis liberat, quæ inde erat oriunda, & damno, quod consensu forsitan incurrit. Si vero initio se non vincit & compescit, parua illa negligentia & delectatione, quam videndo vel cogitando cepit, mortem sibi animæ adiucscit; vel saltem magnum laborem & difficultatem resistendi experitur. Sic ut quod initio paruo vel nihilo constitisset, post caro entundum est. Hincque concludit Sanctus, multum referre, vt principijs obstetur.

*In vita Patr.*

*I. p. pag. 913.*

In vita Patrum refertur. Diabolus quadam tempore Abbatii Pachomio appariisse in formosę mulieris figura, & increpante illum Sancto, quod tanta malitia ad fallendos homines vteretur; respondit Diabolus: Si titillationibus nostris ingressum aliquem aperitis, statim maiora incendia excitamus, vt vos ad peccatum prouocemus, sin aduertamus principio resisti, & ingressum imaginationibus & cogitationibus à nobis propositis negari, vt fumus euangelicimus.

Vile etiam contra tentationes remedium est, nunquam esse otiosum. Hincque ait Cassianus, Ægyptios Patres id ut primum principium habuisse, & vt antiquam traditionem obseruasse, tanquam a maioribus traditam, quam & discipuli studiose emendabant ut singulare remedium: *Semper se Diabolus occupatum inueniat.*

Idque & Dominus sanctum Antonium docuit, vt vnicum medium, quo in solitudine duraret, dedit, vrque se contra tentationes munirer: quod sanctus Augustinus allegat, & ait, sanctum Auto-

*Aug. ser. 17.  
ad fratres in  
cromo.*

nium non semper potuisse orationi vacare, quamuis sanctus Antonius esset, & saepius varijs cogitationibus fuisse exagratum, ideoque Deum orasse, dicens: Domine vellem bonus esse, quid faciam? cogitationes non permittunt. Et audiuit vocem sibi dicentem: Antoni, sic quis Deo placere, ora, & dum orare non poteris, manibus labora, & semper aliquid facito: Fac, quod in te est, & non deficit tibi auxilium de Sancto. Alij dicunt, iuuenis forma Angelum illi apparuisse, qui paulisper fodiens, & post genibus flexis, & leuatibus manibus paulisper orabat: quod ad idem tendebat. Originum multarum temptationum & malorum radix & origo est; ideoque plenum nostra interest, ne Diabolus nos inquam otiosos, sed semper occupatos inueniat.

### CAPVT XIX.

*De temptationibus, quæ boni specie & praetextu oriuntur, & magnum esse remedium contra omnes tentationes, illas huiusmodico-gnoscet & haberi.*

**S**ANCTVS Bouauentura aliud quid commune quidem, sed tamen necessarium in medium adfert: quod secundum sit, Diabolus solere bonos, & qui virtuti & perfectioni student, aggregat specie aliqua & similitudine boni, leque transfigurare in Angelum lucis. Venena non dantur (ait sanctus Hieronymus) Hennini faccero & re aliqua delectabili, & gustui grata recta, ne sentiantur, & accepta laqueum escat tegit.

Idem & Diabolus facit. In via hac, quæ ambulabam, ab condenserunt laqueum meum. Si enim manifeste malo illos inuaderet, qui virtutem amant, & Deo seruire stendent, fugerent, & nihil cum illis conficeret. ideoque ait sanctus Bernardus: *Bonus nunquam nisi boni simulatione dec-*

*deceptor est.* Astutus valde est Diabolus, exatque nouit, unde quem impugnari oportet, & ideo ut facilius voti sui compos sit, simulatus aggreditur. *Ante omnia (ait sanctus Bonaventura) ex se bona proponit, deinde cum malis permisit post falsa offert bona vereque mala, & dum quem laqueo suo irretitum habet, ut difficulter le queat expedire, tunc manifeste venenum ostendit, & in manifesta peccata propellit.* Estque scorpionis similis, qui facie quidem est blanda & grata, sed in cauda venum, quo occidit, habet.

Quot (dicit Bonaventura) amicitiam & familiaritatem cum aliquibus colore pietatis contraxerunt, sibi persuadentes, *tum hoc Dei causa suscepimus esse, & commodum animae acquisitum: & initio forsan sic se res habuit; sed id strategema Diaboli est, quod post aperitur.* *Nam enim ignoramus cogitationes eius, ut sit sanctus Apostolus Paulus 2. ad Corinthios 2. vers. 11.*

Hinc ipse incipit prius à bonis, statim vero longa colloquia & conuerationes sequuntur, quæ subinde de Ævo, post de mutuo amore sunt: inde aliqua dona & munuscula in amoris signum datur, ut si uirinque recordentur: quæ, ut sanctus Hieronymus epistol. 2. ad Nepotian. tom. 1. inquit, amoris non sancti signa sunt, nam *santus amor non habet.* Diabolus iam mala bonis miscit, deinde falsa bona & vera mala sequuntur.

Hac ratione Diabolus in hoc & alijs multis vitijs fallit, quæ velo virtutis tegit, ne id, quod sunt, videatur & intelligatur. Ut qui se alteri amicum similit, ut ad illum accessum habeat, & post polt proditione occidat; ut fecit Iacob Ama, & Iudas Christo Seruatori nostro, tradendo, & osculo pacis vendendo eum.

Hincque necesse has temptationes, quæ colore boni superueniunt, cauere, & excubare, tanto enim periculosiores, quanto ignorantiores sunt. Hinc petebat Pro-Rodriguez exercit. pars 2.

pheta à Deo, ut illum liberaret ab incurso Bern. ser. 33. & demonio meridiano. Nam nec Diabolo super Cant. satis est sein Angelum lucis transfigurasse, ut dicit sanctus Apostolus Paulus 2. ad Corinthios 11. vers. 14. sed & se transfigurat in lucem meridianam, & fingit valde clarum & splendens, quod ipsam et obscuritas & tenebrae est; persuadens nil timendum. nec quid periculi esse, sed vere clarum & bonum esse, quod vere malum & ex se periculosum.

Aliqui reperiuntur fures, qui tam compiti & sericis vestibus in duti sunt, ut a nullo noscantur, & nemo cogitet tantam nequitiam in homines sic induitos cadere posse, donec cum furto in manibus capiantur & prehendantur. Tunc omnes mirantur hosce fures esse, & dicunt: *Quis tale quid cogitasset?* Idem & de tentatione, quæ sub boni specie irrepit, sentendum.

Communis Sanctorum & spiritualis vita Magistrorum opinio est, magnum contra tentationes remedium esse, nosse id, quod nos impugnat, temptationem esse; ut & est, quempiam inimicum esse, ut illum caueamus. Ideo & superiorius dictum efficacissimum ad superandas temptationes medium esse propriam cognitionem. Potestque huius medijs energia facile hinc elici: quod si adueniente temptatione, motu & appetitu prauo videres horibilem & terribilem Diabolum, qui hoc tibi persuadere niteretur; quid faceres? Statim te signo crucis signares, & nomine Iesu inuocares: nulla alia re opus foret, quam scire Diabolum esse, qui hoc tibi persuadet, ut intelligeres fraudem & temptationem esse, & vitares.

Idem & in nostris temptationibus accedit. Ut enim omnes nobiscum habemus Angelum custodem, secundum illa Christi verba: *Videte, ne contumatis unum ex pusillis huic. Dico enim vobis, quia Angelorum in coelis semper uident faciem Patris mei, qui in celis est.* In quæ verba ait sanctus Hieronymus: *Magna dignitas animalium, ut unaquaque habeat ab ipsis unanimitatis in custodium suis Angelum deputatum.*

Matt. 18.10.

Hieron. super Matt.

22 tum.

tum. Ut pater filio, quem multum diligie, pædagogam adiungit, qui cum cūtodiāt, & doceat bonos mores: sic & Deus valde nos amat, & tanti facit, ut cūique Angelum. ut pædagogum dederit.

Ut ad præpositum redeamus; ut Angelum habemus; habemus & Diabolum, cui nihil aliud curæ, quam nos ad malum prouocare, & in nobis malas cogitationes, & deteriores motus excitate. Hinc semper occasionem & opportunitatem ad hoc expectat; nunquam enim dormit, & inclinationem nostram aduertit, idque, quod magis nobis aridet, explorat, vero nos agrediat & tentet; hoc ut medio, carne & sensualitate nostra vtens, ut nobis noceat. Id eoque dicebat Deus Diabolo: *Nunquid considerasti seruum meum Job? ut qui illum obseruabat. Et Diabolus est à deo tristis eius.*

Dum ergo aliquis motus vel cogitatio tibi surrepit, qua ad peccatum aliquod vel imperfectionem excitat, intellige Diaboli tentationem esse, & crucis signo te signa, & caue, quasi Diabolum videres, quib[us] diceret, ut tale quid faceres.

Sanctus Gregorius libr. 2. Dialog. capitulo 75. quoddam citat exemplum, quod sancto Benedicto cum quodam Monacho contigit, quo hoc clarus exponitur. Dicit Monachum quendam vocatione valde tentatum fuisse; videbatur Religionis austerritatem ferre non posse, & ad seculum volebat redire. Sape ob hanc tentationem ad sanctum Benedictum veniebat, cui ille dicebat Diaboli esse tentationem, & ideo faceret, quod oportebat.

Cumque id s[ecundu]s contingere, & nihil proficeret, quod nouigus semper instaret, & veniam exeundi peteret. Cuius instantia Sanctus defatigatus conseruit ut abiret, & iussit illi vestes dari. Sed ut pater non potuit non dolere & pro illo orare. Et exiens portam monasterij Monachus, ut ad seculum reverteretur,

videt sibi obuim fieri magnum Draconem, qui patulo ore illum devorare intentabatur.

Quo timore correptus, & tremens magna voce clamare coepit: Succurrite, fratres, succurrite, fratres: nam hic draco me deglutiire nititur. Accurrunt Monachi, & draconem non vident, sed solum Monachum trementem, & quasi mortuorum proximum: quem in Monasterium referunt, & ille se iutus-videns vult nunquam se inde exiturum. Quod & res ipsa complevit, & postea non amplius illum sensit temptationem.

Notat in dicto exempli sanctus Gregorius, quod sancti Benedicti oratione draconem viderit, qui illum devorare volebat, quem antea non viderat, quoniam illum insequeretur, quod illum nec draconem nec Diabolum duceret, sed illum vident, & noscens, coepit vocari, & auxilium implorare, ut ab illo liberaretur.

Sic ut hoc non imaginatio, nechominis inventum sit; sed ita vere & res ipsa contigerit, & quotidie contingat, Diabolus esse, qui nos in temptatione agreditur. Et id nos sanctus Apostolus Petrus ut bonus pastor moneret, & sancta Ecclesia nobis quotidie in memoriam reducit, ut magni ponderis negotium: *Fraires, sobry esto[re], & vigilate; quis ad vesperarios vester Diabolus, tanquam horum, circum, querens quem devoret. Cuius sit forte in fide: tec[um] vos dolis & peruersioribus seduci permittit.*

## CAPUT XX.

*Quid nobis faciendum in turpissimis & malorum cogitationum tentationibus, & de remedio contra easdem.*

**I**N hoc primo considerandum, aliquos esse, qui graui tristitia & dolore afficiuntur, dum se malis cogitationibus, ut blasphemie,